

1. **L** Is de lana caprina est in l. 70. §. 9. D. de L. 3.
2. **L** Quæstiones ineptas Domitianas dici, ortum ex l. 27
qui test. fac. poss.
3. Scribentium vitium primarium est posita in una cognitio-
ne discerpere in infinitas. Cujac. XI. obl. 38. id est, quæ semel re-
gula generali traditi possunt in singulis speciebus seorsim inculcare,
saltem ut libri fiant grandiores. Unde Menochii de Præsumtio-
nibus, & Mascardi de probationibus grandia opera singula in
6. plagulas sic contrahi possent, ut liceat ex his cetera omnia, qua-
vera insunt, manifestè derivare.
4. Theoriam & Praxin in Jure differre fatentur omnes, dif-
ferentiam docet nemo Breviter Practica & Realis est Quæstio:
quid hodie in proposito aliquo casu statuendum. Ceteræ sunt theo-
reticæ & Doctrinales, v.g. explicationes Legum, Antinomiae,
variae Lectiones, citationes seu allegata, & omnia textualia.
Tum historia & origo juris, jus abrogatum, nominalia, definiti-
ones, divisiones. Quibus omnibus carere in praxi potest, qui novit
quid in proposito aliquo casu statuendum. Sed hoc raro, aut ferè
nunquam novit, qui theoriae adjumentis prorsus caret: est & hoc
discrimen: in realibus statur autoritatè Legum, in doctrinalib.
non semper. Unde Bachov. ad Tr. II, 29. 1. a. à sententia, inquit,
in ista quidem quæstione (utrum actiones sint juris Gentium)
nec autoritate quidem JCti, quin nec ipsius Justiniani; quo-
niam Imperator Leges condere potest, sed veritatem rerum
& rationem tollere non potest; me passurus sum dimoveri.
5. Tormentorum & tormentillorum usus in Christianos
est contra Jus Canonicum. arg. c. un. de Sagittar.
6. Mos in scedemiis Neophytas vexandi tam vetus est, ut
in se Justinianum armaverit Constit. omnem de juris docen-
datione §. 9. v. & maximè eos, qui rudes ad recitationem
Legum perveniunt.

T A N T U M.